



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 38.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Christus tamen huc refert; nam tale dissidium in mundo, & tum erat, & nunc quoque est, domesticorum ob religionem rixa. *v. 24.* relata ad maritum sponsa, ad focum nuptiarum dicitur Pax interna, bellum exterum. De pace vide Isaiam 2. 3. 9. & 6. 7. Mich. 4. 1. Ephes. 2. 11.

VERSVS 37.

Qui amat Patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Et qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus.

QVÆSTIO I.

Quis amor qui Christo indignum efficit?

§. 1. Cyprianus Epistol. 26. hac voce nos quasi ad prælium ait excitari. Reuera enim serium est magni imperatoris præceptum: quo nos iubet se sequi, nec villo amore alio abduci permittit. Duos affectus arctissimos filiorum & parentum nominat, qui excendi sunt, si causa Christi agatur: si enim quis ita amat Patrem, aut filiam, ut Christum confiteri nolit, non est ipso dignus ut licet sit discipulus heres regni celorum, itaque non hic consilium perfectio omnia relinquendi, sed præceptum est, nihil Deo antepone. Qui amat Patrem aut matrem, id est, me offendit potius, quam ut matrem aut Patrem relinquat, non est me dignus, vel de discipulatu, vel vita æterna: Lucas habet, qui non odit; non quod verum odium imperet, sed quod maiorem Dei amorem velit, ut si Pater, mater, filius, filia contra Deum agere suadeant, eos fugiat, peccatum detestetur. Verum hac de re alibi commodius.

VERSVS 38.

Et qui non accipit crucem suam & sequitur me: non est me dignus.

QVÆSTIO I.

Quæ crux?

§. 1. Portabant crucem suam, ad id supplicium damnati, inde dicebantur *duci sub furcâ*, nudi flagellis cedebantur, ut sic procedere cogerentur, si recitarent; stimulis fodiebantur, vrebantur. Cum ergo Christiani alia nulla causa, quam fidei crucem subirent, vult eos sponte eam attollere in humeros. Quod de cruce dicit, id de omnibus afflictionibus dicendum est, si enim tam grande tormentum, multo magis minor ferenda, & in cruce omne genus erat malorum, vitæ personæ, odium, mala mansio, & supplicia præcedentia. *ἀποδοῦναι* inquit, est à Deo recipere atque admittere, sponte subire & Christum præeuntem sequi.

§. 2. Cum ait *ὁποῦν μὲ ποῖ με*, Beza existimat, neminem sequi Christum; si eum aliquo cultu in Scriptura non comprehenso prosequatur. Pone, inquit, sequitur me, *ἀποδοῦναι* de *ὁποῦν μὲ*, ad verbum, retro me, vel post me, ut supra c. 3. 11. Quod certe notandum est, ut qui Deum colunt cultu à se excogitato, intelligant se non sequi Christum, sed illi prave velle. Itaque *ὁποῦν μὲ*, sum interpretatus, Pone me: quia quum Evangelista præter verbum *ἀποδοῦναι* de *ὁποῦν μὲ*, addendum aliquid prætere iudicavit, hoc quoque putauimus necessario exprimendum, quod à veteri interprete, & ab Erasmo fuit neglectum. Multi enim se Christum sequi dicunt, quum illi soli sequantur, qui pone sequuntur: si qui illum verbo suo præeuntem possint ostendere.

Quod ad verba attinet, in Latino satis intelligitur, *D. sensus* *interpres.* eum qui sequitur, non ante, sed pone sequi. ideo reprehendi non debet interpret, quod verbum non necessarium omiserit, licet etiam emphaseos causa addere potuerit. Sequuntur autem Christum non tantum qui verbum eius scriptum obseruant, sed etiam illi, qui ordinem, caerimoniasque in Ecclesia eius consuetas retinent. Nam de talibus ex verbo Dei Ecclesias audit *Nemo Christi* iubemur. Ut enim sequatur opus est, eadem gradi via. *stium sequitur, nisi in Ecclesia.* Qui vero in Ecclesia non est, extra viam est.

VERSVS 39.

Qui inuenit animam suam, perdet illam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.

QVÆSTIO I.

Quid nuncire animam & perdere?

§. 1. Qui animam suam, hoc est, scriptum inuenit *Inuenire* *animam,* *seruare vitam.* his periculis & doloribus ereptum in tuto collocauit negando, vel non cōfiteo, crucē excutendo, is perdet in futuro sæculo, res amissas, aut penè amissas, cum recuperauimus gaudeamus, & diligentior illis custodiam adhibemus, ita qui in carcere vel tribunali negabant, iterum sibi redditi suisque videbantur, gratulabantur anni, inueni dicebantur. Videtur allusio ad eos, qui olim per plagium in seruitutem adducebantur, ac deinde inueniebantur ingenti suorum gaudio, sic & hiberati carceribus, & aliis malis inuenti putabantur. Et contra perdit, qui non inueniebantur; at hitamen inuenti dicuntur in celo à Deo, & Angelis, aliis perdit, at opinione vulgi perisse putantur qui moriuntur, salui qui euaserunt. Inuenire animam & vitam seruare præsentem.

§. 2. Hic inuentioni animæ tribuitur exitum, perditioni vero salus. Itaque solidè probat Bellarminus lib. 1. de baptismo, cap. 6. martyrio non sola fide salutem acquiri, quod clarius ex Luc. 9. 24. 14. 26. Ioan. 12. 25. probatur. Nam ubi dicitur, qui perdiderit salutem faciet, non est dubium de æterna salute sermone esse.

VERSVS 40.

Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit.

41. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ: mercedem Prophetæ accipiet. & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.*

42. *Et quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigide, tantum in nomine discipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.*

QVÆSTIO I.

Quæ merces Apostolos recipientibus datur?

§. 1. Qui sincere & humaniter recipit legatum, & legatam recipit, Christus legatus est Patris, Apostoli Christi, iis ergo recipiendis & Christus & Pater Christi recipitur.

Matthæi 10
Evangelium
C. 10